

Vel

**Ez** *Unguen. dialetb. anodyn. àā ʒ.ß.*  
*○ dest. chamomill. bacc. junip. àā ʒ.ß.*  
*thererb. cumin. àā ʒ.ß.*

*Bals. ♀is therebinthina. junip. ʒ.ij.*

*Misc. S. Säblein wieder das Seiten-  
siechen.*

In lateris dolore à flatibus hunc *Latoris*  
 fotum commendat *Platerus lib. 2. Obser-* dolor à  
*vat. p. 416.* *flatibus.*

**Ez** *Rad. ireos. bryon. àā ʒ.ij.*

*Herb. calamintb. spic. Celt. pnleg.*  
*origan. àā Mj.*

*Fl. chamomill. melilot. sambuc. àā pj.*  
*Sem. carv. ʒ.ij. bacc. laur. Junip. àā p.ß.*

Decoqu. in vino & aqua ad usum.

### CAPUT XIII.

#### VIRTUTES JUNIPERI IN CORDIS AFFECTIBUS EXPLORAT.

#### I. VIRIUM IMBECILLITAS seu LANGVOR.

**F**istula dulce canit, volucrem dum de-  
 cipit auceps, vetus & verum est dicte-  
 rium, non enim omnia à gravi rigore  
 sunt incipienda; sed leni gravitate pau-  
 latim ad severitatē est deveniendum.  
 Idem observatur in langvore seu virium  
 imbecillitate, quibus affecti paulatim  
 debilitantur, ut incauti majora subse-  
 quentia mala gravissima vix accedere  
 senti-

*Langvor.*

sentiant, ideo non ineptè cum infantibus in limbo, certâ quadam classe Purgatorii, existentibus, quibus nec male nec bene esse dicitur, comparandi.

Verum latet angvis viridi hâc in herbâ, Pygmæus quidem videtur affectus, giganteam autem & exitiosam secum trahit perniciem, ut Syncopen, Febris malignas, Apoplexiā aliosque affectus gravissimos, quos præcedere & subsequi solet langvor. Ideoque fide, sed cui vide, melius est prævenire, quam præveniri, Principiis hîc obstandum & in primâ, quod ajunt, herbâ malum hoc est extirpandum: Langvor enim dicente Renato des Cartes part. 2. de Passionsibus artic. 119. est dispositio ad relaxationem & cessationem omnis motus qui sentitur in omnibus membris, & eum provenire putat ex eo, quod non sat multi Spiritus nervos ingrediantur, & quod glans in cerebro eos non determinet ad influendum potius in hos musculos quam in illos.

Inter generosiora langvori resistentia medicamenta & confugere licet ad Juniperum, quippe qui cum partibus suis robur Spiritibus Vitalibus & influentibus addit, obstacula, quæ illos partibus influere impédiunt, removet & dissipat, sanguinis & humorum glutinositatem

sitatem auctam incidit & attenuat, pristinum partibus vitalibus robur conciliat & instantia mala graviora avertit.

Sic *Acetum Juniperinum* tam sim-  
plex, quam alia composita *partibusque Juniperi* exaltata, langvorem, febres malignas saepius praecedere solitum, feliciter avertisse & dispositionem febrilem emendasse, quin & nonnullos, in quibus indicia jam accensæ febris animadvertisse avertit, si in principio statim consilium expetierint, ab ulteriori incursu & augmento liberos praestitisse novimus.

In primis Aceta Bezoartica & Theriacalia plurimum hic possunt. Sequens tradit *Timaeus à Guldencleec lib. 8. Cas. Med.*  
pag. 393.

**R** *Confect. orvietan. ʒij. diaſcord. Fraſt. ʒiſ.*

*Theriac. Androm ʒj.*

*Rad. angel. contrajerv. enul. pimpla. nell. tormentill.*

*scorzonera. diptamn. alb. petasit.*  
āā ʒvi.

*Fol. scord. rut. millefol. āā Mj.*

*Flor. calind. tunic. āā Mß.*

*Cort. fraxin. cirr. āā ʒß.*

*Bacc. Juniper. ʒiiß. Macer. zedoar.*  
āā ʒij.

*Camphor. ʒij. croc. ʒj. myrr. eleet. ʒß.*

*Acet. ex succo rub. id. q. s. Misce*

Stent

Stent in infusione loco calido benè tecta,  
donec extrahatur Tinctura, cuius Cola-  
tura servetur ad usum.

Internè in Langvore universali se-  
quens proponit Apozema Fr. de le Boe Syl-  
vius lib. 1. Prax. Med. cap. 34

**Rx** Rad. valerian. acor. àā 3ij. apii 3j.  
Herb. beton. melis. marrub. (saturnijs  
scabios.)  
Summit. cent. min. àā Mß.  
Flor. rosmarin. hamam. Rom. stæch.  
Ar. àā pj.  
Sem. fænic. dulc. amom. àā 3ij.  
Bacc. Juniper. 3j. leur 3iB.

Coqu. igne lentò & vase clausò in aquâ  
purâ ad Colaturæ 3XL addendo

Syr. botryos. artemis. Fernet. stæch. àā 3j.

Tinct. cinamam. 3iB. Misce

Dos. 3ij. semel aut bis in die.

Sic & Aqua Theriacalis Bezoardica  
nostra de meliori notâ hoc in casu com-  
mendari meretur. Paratur ita :

**Rx** Theriae. Andr. Mithridat. opt. àā 3iB.  
Elect. d. ovo. diascord. Fracast. àā 3B.  
Extract. granor. Juniper 3v.  
Spir. theriacal. camphorat. 3v.  
+ti bezoard D. Frommann. l. alterius  
3vij.

Mixta digerantur leni calore per 90 de-  
inde affundatur

▽ acc

▽ aceros. rosar. àā 3vi.  
fragor. borrag. àā 3iv. card. bened.  
angel àā 3ij.

Digerantur iterum per 98 deinde de-  
stillentur, S. ut supra.

Dos 38. 3ij. zij. pro ratione ætatis & cir-  
cumstantiarum.

Externè etiam Aceta dicta pulsu- *Externè.*  
um & temporum regionibus applicata  
ob penetrationem officium faciunt, &  
notante Zwelfero pag. 444. animadvers.  
citius cordi robur addunt langvidum-  
que corpus reficiunt , quam pretiosissi-  
ma balsama.

Singularis elapsò anno de Languo- *Observa-*  
re nobis se obtulit observatio sequens in *810.*

Viro Nobili Juris Doctore 36. annorum,  
hic de improviso pulsus plane circa car-  
pos & temporum regionem subsistere  
sentiebat, & circa præcordia cordis quo-  
que motus satis erat debilis , universum  
corpus quidem languebat , nihil tamen  
incommodi ulterius sentiebat & satis  
benè se valere putabat , majora tamen  
mala pertimescens , petiebat consilium.

Vocati igitur statim propter consti-  
tutionem pituitosam Vomitivum ex  
Eis Θli 38 exhibuimus , quô assum-  
tô & operatione quaternis vicibus pera-  
ctâ , illicò pulsus naturalis appare-  
bat. Ad ulteriore tamen præser-  
vationem langvorisqué remotionem .

M

Dia-

Diaphoreticum, & postea confortans ordinavimus medicamentum, cuius utriusque basis Aqua Theriacalis bezardica jam descripta erat, quibus adhibitis plenissimè iterum DEI gratiâ convaluit.

## II. SYNCPE ET LIPO- THYMIÀ.

**N**on immeritò *Aretaeus lib. 2. de caus. sign. morb. acut. cap. 3.* dixit; Nullum penè affectum syncope esse maiorem, celeriorem & ad facultatum vitam foventium dissolutionem potentiores, illamque hominis constitutioni plane adversam esse, eò quod hanc corripiens non dimittat, sed planè dissolvat atque dissipet, cui etiam *Renatus d. Cartes part. 3. de Passionibus artic. 122. pag. 53.* adstipulatur, inquiens: Lipothymia sive animi deliquium non multum distat à morte: Morimur enim, dum ignis, qui in corde est, planè extingvitur, sed in Lipothymiam incidimus, cum ita suffocatur, ut adhuc aliquid residui caloris maneat, quod postea rursus accendi potest.

Differentias tamen hic affectus habet quatuor, quæ tamen non nisi ratione graduum inter se differunt; I. dicitur ἔκλυσις seu exsolutio, quæ leve animi deliquium, seu principium & nuncius quasi

ἔκλυσις.

quasi illius est. II. appellatur *λεπτοθυ-*  
*μία* seu *λευποθυχία* animi deliquium, *μία*.  
 & est syncope imperfecta, in quā ægri  
 sensibus utuntur, & rationis, licet illud  
 exprimere nequeant, sunt participes.  
 III. Vocatur *συνκοπή*, quæ subitaneus  
 est virium prolapsus, quo correpti sen-  
 su, motu, ratione, memoriâ, phantasîâ &  
 sermone privantur, pulsus illorum est  
 rarus & obscurus, extrema frigent & ho-  
 mo mortuo magis similis apparet, quam  
 vivo. IV. audit *ἀσφυξία* seu pulsus pri-  
 vatio, ubi recensita symptomata non so-  
 lùm omnia adsunt, sed pulsus etiam pla-  
 nè non percipitur.

Hisce omnibus præcedente articu-  
 lo enarrata medicamenta obviam qui-  
 dem eunt, si tamen malum ex acido hu-  
 more ortum trahat, hydragogum se-  
 quens ad humorem hunc temperatum,  
 corrigendum & educendum commen-  
 dat ingeniosissimus Francisc. de le Boë  
*Sy. viii. lib. i. Prax. Med. cap. 34.*

*Internæ*

**R** Gum. Jag apen.  $\frac{1}{4}$  to solut. & iterum  
 infusat. 3 fl.

Resin. jalapp. 3 j. Almagist. gumm.  
 gutt. 3 fl.

$\circ$  bacc. juniper. g iiij.

Misc. F. Pilulæ num. XV. Inaurentur vel  
 Pulvere glycyrrhizæ conspergantur.  
 Dos. num. V. plures aut pauciores, prout  
 M 2 diffi-

difficilius vel facilius alyus solvi potest.

*Syncope ex mensum extra paroxysmum exhibet diuretica retentione.* Rofincis lib. 4. Consultat. 2. ut expurgandis cum lotio per renes humoribus acidis, quos simùl egregiè temperant & infringunt, maximè idonea, &

**E**x *Sal juniper, matricar. stipit. fabar. àā g vi.*

*Magist. oc. 69. 3B. 80 succin. g j. M. F. Pulv.*

Maximoperè quoque commendatur ad Syncopen, palmum & animi deliquia Aqua Theriacalis sequens:

**E**x *Rad. gentian. enul. camp. tormentill. angelic. imperator. àā 3j.*

*Cyper. ir. Flor. àā 3VI. Zedoar.*

*Cort. citr. aurantior.*

*Cinamom. caryophyll. sem. card. bened.*

*Corymb. heder. granor. junip. àā 3B.*

*Dittamn. scord. melis. calend. àā M. B.*

Macerentur per diem integrum super cineres calidos in vase oris non multum patuli & ritè obturati cum Vin. alb. 1BVI. Die sequenti add. decoct. ulmar. beton. & nenuphar. àā 1Bij. deinde bulliant parùm lento igne, tunc fiat expressio in qua disolv. & infund. per noct. Theriac. 3IV. postea ponatur in alembic. vitr. &

F. de-

F. destillatio in Bal. Mar. Aqua destillata  
seruetur ad usum. *Uffenbach. in Append.*  
*Antidotar. p. 588.*

Aliam ibidem Autor citatus addit  
aquam Theriacalem baccis Juniperinis  
quoque exornatam.

Vel

**R** Magister. corall. rubr. ʒj. per!ar:  
Extract. anis. cinamom. āā ʒl. cort.  
citr. ʒl.  
Effent. ♂is ʒj. croc. ♂is ʒijl. Rob. Ju-  
niper. ʒl.

Misc. F. Mixtura, de qua bis in die casta-  
neæ magnitudine sumi potest. *Gryling.*  
*lib. 2. Med. Pract. part. 3. cag. 1.*

Externè sequens commendat Ta- Externè.  
bernamontanus *Herbar. part. 2. l.3. cap. X.*

**R** Bacc. juniper. qu.  
Affunde ∇. salv. q.s. contunde & admisce  
parum croci & panis ad consistentiam  
mediocrem, & calidè pulsibus applica.

### III. CORDIS PALPI- TATIO.

PERpetuum mobile Cor est, ususq; ejus  
in perpetuâ quadam consistit motio-  
ne. Hæc autem motio si nimis vehe-  
mens fiat, affectus ille παλμος Græcis, *Cordis Pal-*  
*Latinis Palpitatio, Tremor & Saltus Cordis pitatio.*  
appellatur, in quibus tamen aliqua no-  
tanda est differentia: παλμος enim seu

M 3                    palpi-

*Cordi Tremor non convenit.* palpitatio propriè illis competit partibus, sponte quæ dilatari & subsidere possunt. Tremor verò de illis dicitur partibus, quæ molles sunt & nullo modo sponte se dilatant, sed à causis solùm morbificis in altum attolluntur & elevantur. Et sic Tremor Cordi propriè loquendo attribui nequit, quo de ulterius vid. Sennert. lib. 2. de Med. Pract. part. 4. cap. 4. & Sebuz. part. 3. Spec. Med. Pract. sect. 4. cap. 3.

Præmissis præmittendis singularem aquam Cardialem, Bezoardicam & Theriacalem tradit *Quercetanus* cap. 7. Pharmacop. digmat. restit. quam ad omnia cordis pathemata utilèm deprædicat, quæ in hoc affectu suum non denegabit officium.

Misturam talem in formâ Electuarii ad cordis palpitationem à flatibus commendamus:

**EZ** *Consero. anthous, rnt. fl. tunic. àā 3ß.*  
*Confect. Alkerin. c. mosch. 3ij. Rob.*  
*Juniper. 3j.*

*Elect. diascord. Fracast. 3vi.*

*Spec. diambr. aromat. ros. àā 3ij.*

*oo citr. juniper. àā 3ß caryophill. g v.*  
*Syr. cort. aurant. qf. Misc. F.I. Electuar.*

Dos. quantitate nucis moschatae bis in die.

Externè *Rofincius* lib. 4. *Consultat.*  
*sequens præscribit Balsamum:*

**EZ** *oo*

**EZ** 3 nuc. mosch. expref. 3ij.

still. angel. succin. citr. melis. āā  
g x. Juniper. 3j.

M. F. Balsamum cordis regioni manē &  
vesperi inungendum.

D. Tilemanni tale est, ex *Agricole chirurg. parv. tractat.* T. pag. 783. desum-  
tum:

**EZ** Acet. bezoard. Ol. amygd. dulc. āā 3j.  
Vin. malvat. mithridat. opt. theriac.  
āā 3l.

Succ. citr. expref. 3v. salv. 3ij.

Misc. ad lenem calorem, adde

juniper. citr. āā 3j. scorpion. 3l.  
Mosch. ambr. zibeth. āā 3ij. Misce.

#### CAPUT XIV.

## FEBRES JUNIPERO OP- PUGNAT.

**S**olem è mundo tollere videntur, qui  
microcosmo præsentiam quatuor ele-  
mentorū denegare audent, cum ipse  
summus rerum Arbitr̄ illis contradicat,  
qui *elementum terra* mortali attribuit ge-  
neri *Genes.* *Aqua* in ore & oculis du-  
ctibusque lymphaticis sub seri nomine  
satis evidenter se conspiciendam præ-  
bet, *Aerem* nobile illud cordis flabellum  
Pulmo inspiratione & exspiratione atte-  
statur, *Ignis* præsentiam calor tām natu-

Quatuor  
elementa  
in homine.